

Ph




kat. incipit

59369



Mag. St. Dr.

*Daszyński Stanisław: Quaestio physica de intellectu
et humano.*



IN NOMINE DOMINI, AMEN.

QVÆSTIO
PHYSICA,
DE
INTELLECTV HUMANO.

Ex Libro 3. Aristotelis de Anima,

DESVMPTA.



SUB FELICIBUS AUSPICIIS,
Magnifici Perillustri, & Admodum Reverendi Domini,

M. PETRI
PRACZLEWIC,

S. Theologiæ Doctoris & Professoris, Collegæ Majoris,
Ecclesiarum Collegiatarum S. FLORIANI ad Cracou: & Pilecensis
DECANI, Præpositi Profouicensis, Scholarum Nouoduorscianarum
& Contubernij Hierosolymitani Prouisoris, Almæ Vniuersitatis,
Studij Cracoviensis,

GENERALIS ac VIGILANTISSIMI
RECTORIS.

A

M. STANISLAO DASCZYNSKI,
Philosophiæ Doctore & Professore, Contubernij Staringeliani Seniore,

PRO LOCO,

In Collegio Minori Obtinendo,

In Peraugusto DD. Theologorum Lectorio,

Publicè ad disputandum

PROPOSITA.

Anno Domini 1701. Die 31 Octobris.

CRACOVIE TYPIS VNIVERSITATIS.

h. h. h. h.



Q V Æ S T I O

P H Y S I C A,

V Intellectus humanus, potentia omninò spiritualis, rectè distinguibilis distinctione reali in agentem & possibilem, ad suam Cognitionem, (quæ est circa Ens in communi, tanquam suum Obiectum adæquatum & terminatum,) indigeat speciebus impressis, nec ne?

C O N C L U S I O I.

Intellectus humanus est potentia omninò spiritualis.

C O R O L L A R I A,

- I. *Intellectus humanus, est immortalis & æternus à parte post.*
- II. *Intellectus humanus, est vitalis potentia animæ rationalis.*
- III. *Proprium est intellectui humano, pro hoc statu, intelligere per conversionem ad phantasmata.*
- IV. *Intellectus humani, pro hoc statu, tres sunt operationes inter se differentes, simplicium apprehensio, iudicium & discursus.*
- V. *Licet intellectus noster aliquid commune habeat cum sensu, omnino tamen differunt.*

C O N C L U S I O II.

Intellectus humanus, rectè distinguitur distinctione reali, in agentem & possibilem.

COROL-

COROLLARIA.

- I. *Intellectus agens, etsi sit potentia animæ intellectiua, non tamen intelligit.*
- II. *Intellectus agentis, præcipuum munus est, illuminare phantasmatæ.*
- III. *Intellectus agens, ad productionem speciei impressæ, concurrat ut causa efficiens principalis.*
- IV. *Intellectus possibilis est veluti tabula rasa, ex se nullas habens species intelligibiles.*
- V. *Intellectus possibilis, etsi sit intelligens & intelligibile, non tamen seipsum semper intelligit.*

CONCLUSIO III.

In intellectus humani Obiectum adæquatum & terminativum, est Ens in communi sumptum.

COROLLARIA.

- I. *Idem Ens in communi sumptum, quod est Obiectum adæquatum terminativum intellectus humani, est etiam illius motivum pro hoc statu, sed ut concernit quidditatem rei materialis.*
- II. *Intellectus nostri, non est primum cognitum, singulare materiale.*
- III. *Intellectus noster, non potest attingere singularitatem per modum quidditatis.*
- IV. *Singulare materiale, nisi reflexè ab intellectu nostro cognoscitur.*
- V. *Etiam singulare spirituale, indirectè tantum pro hoc statu noster intellectus cognoscit.*

CONCLUSIO IV.

In intellectus humanus ad suam cognitionem indiget speciebus impressis.

C O R O L L A R I A.

- I. *Species impressa intelligibilis, secundum rationem speciei, nec est Substantia nec accidens, sed ab utraq, ratione abstrahit.*
- II. *Species impressa intelligibilis, secundum esse representativum, est formalis similitudo Obiecti.*
- III. *Species impressa intelligibilis, influit actiue in cognitionem.*
- IV. *Species impressa intelligibilis, non est idem cum specie impressa sensibili.*
- V. *Potentia intellectiua, vnitur per identitatem speciei impressa intelligibili, in esse representatiuo.*

D E O,

Enti summè Intellectiuo, qui pro hoc statu
ab intellectu nostro per speculum in ænigmate cognoscitur,
Laus sine fine, Honor & Gloria.



Permissu Magnifici Domini
R E C T O R I S.



7. 1. 1. 1.

Biblioteka Jagiellońska



SI01R0022335

~~Spencer's physical de intellectu humano.~~

~~Spencer's physical de intellectu humano.~~